



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum passio sit tantum in appetitiua sensitiuam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAEST. XXVI. DE PASSIO. ANIMAE, ART. III.

461

**¶ 3** Præt. Omne quod per se moyetur est divisibile, vt probatur in 7. Physi. sed anima est indivisibilis, et go non per se mouetur, & ita nec per se patitur.

**RESPON.** Dicendum, q̄ proprii accipiendo passio nem, impossibile est aliquid incorporum pati, vt supra dictum est. Illud ergo, quod per se patitur passione propria, corpus est. si ergo passio propriæ dicta aliquo modo, ad animam pertineat, hoc nō est, nisi in quod vnitur corpori, & ita per accidens, vnitur autem corpori dupliciter. Vno modo, vt forma, inquantu dat esse corpori vniuersitas ipsum. Alio modo vt motor, inquantu per corpus suas operatio nes exercet. Et viroq; modo anima patitur p accidens, fed diuersimode: nā id quod est cōpositum ex materia, & forma, sicut agit rōne formæ, ita patitur rōne materiae. Et ideo passio incipit a materia, & quandoam per accidens pertinet ad formam. Sed passio patientis detinatur ab agente, eo quod passio est effectus actionis, dupliciter ergo passio corporis attribuitur animæ per accidens. Vno modo, ita qd passio incipiat a corpore, & terminetur in animam, quod vnitur corpori, ut forma, & hæc est quedam passio corporalis: sicut cū læditur corpus debilitas vni corporis cum anima, & sic per accidens ipsa anima patitur, quæ ēm suum esse corpori vnitur. Alio modo, ita, quod incipiat ab anima inquantu est corporis motor, & terminatur in corpus, & hæc dicitur passio animalis: sicut patet in ira, & timore, & alijs hmoi, nam huiusmodi per apprehensionem, & appetitum animæ peraguntur, ad quæ sequitur corporis transmutatio, sicut trānsmutatio mobilis sequitur ex operatione motoris secundum omnem modum, quo mobile disponitur ad obedientiam motioni motoris. Et sic corpore transmutato per alterationem aliquam, ipsa anima pati dicitur per accidens.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, q̄ anima non metit interitum, vt ipsa ēm se intereat: sed timeper interitum coniunctu per separationem sui a corpore. Et si sui ipsius interitum timeat, hoc non est, nisi inquantu dubitatur, an ad corruptionem corporis anima p accidens corrumpatur. vnde nec ipse interitus anima potest conuenire per se, nec ipsa passio timoris sine coniunctione corporis ei conuenit.

**AD SECUNDUM** dicendum, q̄ anima quāuis perficiatur in corpore, non tñ perficitur a corpore, vt Aug. probat 12. super Gene. ad literam: sed vel a Deo perficitur, vel ipsa seipsum perficit cū adminiculo corporis obsequientis, sicut virtute intellectus agentis per ficiunt intellectus possibilis adminiculo phantasmatum, quæ per ipsum ficiunt intelligibilia actu.

**AD TERTIUM** dicendum, q̄ quamvis qualitas corporis animæ nullo modo conueniat, tamen esse coniunctu est communis anima, & corpori, & similiiter operatio. vnde passio corporis per accidens redundat in animam.

**AD QUARTUM** dicendum, q̄ passio non accedit coniunctu ex corpore, & anima, nisi ratione corporis. Vnde anima non accedit, nisi per accidens. Ratio autem procedit, ac si passio conueniret ratione totius, & non ratione alterius partis.

**AD QVINTUM** dicendum, q̄ ira, & similiter qlibet passio animæ, dupliciter p̄t considerari. Vno modo ēm propriam rationem ira, & sic per prius est in anima quam in corpore. Alio modo inquantu est passio, & sic per prius est in corpore: ibi. n. primo accipit rōnem passionis. Et ideo nō dicimus, quod anima irascatur p accidens, sed quod p accidens pa-

tatur, & per hoc pater solutio ad sextum.

**AD SEPTIMUM** dicendum: quod anima non dicitur sentire per accidens, eadem ratione qua nec gaudere, quamvis dicatur per accidens pati.

ARTICULUS III.

**Vrum passio sit tantum in appetitu sensuia.**

**TERTIO** queritur, utrum passio sit tantum in appetitu sensuia. Et uidetur quod nō. Christus enim secundum totam animam patiebatur, vt patet per illud Psa. 74. Repleta est malis anima mea, quod

B de passionibus exponit glos. totalitas autem animæ ad potentias pertinet. ergo in qualibet potentia aīæ

pōt est passio, & ita non tñ in appetitu sensuia.

**¶ 2** Præt. Ois motus, uel operatio quæ conuenit aīæ præter corpus, secundum seipsum est pars intellectus. huiusmodi sensuia: sed sicut dicit Aug. 13. de Cui. Dei,

non ex carne tantum afficitur anima, ut cupiat, meatur, latetur, cognoscatur, verum etiam ex seipso his

potest motibus agitari. ergo huiusmodi passiones

non sunt tantum in parte appetitu sensuia.

**¶ 3** Præt. Voluntas est pars intellectus, ut dicitur in 3. de Anima. sed sicut dicit Aug. 14. de Cui. Dei,

voluntas est proprie in omnibus, timore scilicet luxuria & huiusmodi, imino omnes nihil aliud quam voluntates sunt, nam quid est cupiditas & latitia nisi uoluntas in eorum consensione quæ uolumus?

& quid est metus atque tristitia nisi uoluntas in dis

sensione ab his, quæ uolumus? ergo huiusmodi pas

siones sunt in parte appetitu sensuia.

**¶ 4** Præt. Eiusdem potentia nō est agere & pati: sed sensu uideatur esse potentia actua, nam Basilius vi

dendo dicitur interficere, mulier menstruata uideendo, insic speculum, ut patet in lib. de somno & vig. ergo in parte sensuia non est posita animæ passio.

**¶ 5** Præt. Potentia actua est nobilio quam passiva:

sed potentia vegetativa sunt actiuæ, quibus nobiliores sunt potentia sensuia. ergo sensuia sunt actiuæ, & sic idem quod prius.

**¶ 6** Præt. Potentia rationales sunt ad opposita secundum Philosophum, delectationi autem opponitur tristitia, cum ergo in parte intellectus sit proprie delectatio, ut patet in 7. & 10. Ethic. videtur quod si ibi tristitia, & sic passiones possunt esse in parte intellectus. Sed diceretur, quod uerbum Philosophi in intelligitur de oppositis actibus.

**¶ 7 SED CONTRA**, Scientia & ignorantia, quæ sunt opposita sunt in parte animæ intellectus, & ramen non sunt actus. ergo uerbum Philosophi non tan

tuor de actibus est intelligendum.

**¶ 8** Præt. Secundum Philosophum in 2. Physi. Idem per sui absentiam & presentiam est causa contrariorum, sicut gubernator salutis, & subversionis natus: sed intelligibile præfens facit delectationem in parte intellectus. ergo intelligibile absens facit tristitiam in eadem, & sic idem quod prius.

**¶ 9** Præt. Damal. dicit in 2. lib. quod dolor non est passio, sed passionis sensus. ergo est in sensuia uirtute & non in appetitu: & eadem ratione delectatio, & alia quæ dicuntur animæ passiones.

**¶ 10** Præt. Secundum Damal. in 2. lib. & Philosophum in 2. Ethic. passio est, ad quam consequitur gaudium & tristitia. ergo passiones aīæ precedunt gaudium, & tristitia: sed gaudium, & tristitia sunt in appetitu. ergo passiones animæ sunt in ea parte, q̄ præce dit ap-

QVÆS. XXVII. DE PASSIO. ANIMÆ, ART. III.

dit appetituam. ergo passiones animæ sunt in parte apprehensiva. quæ appetituam præcedit.

¶ 11 Præt. Sicut in operationibus appetituæ sensitiua transmutatur corpus. ita in operationibus sensitiua apprehensiva. ergo passio non est tantum in appetituæ, sed in apprehensiva.

¶ 12 Præt. Passio proprie loquendo est per abiectionem alicuius, & receptionem cōtrarij: sed hoc accidit in parte intellectuæ: nā abicif culpa & recipif ḡia. abiciebit habitus luxuriae, & inducet habitus castitatis. ergo in parte superiori aīæ p̄p̄iē est passio.

¶ 13 Præt. motus appetituæ sensitiua sequitur apprehensione sensus: sed aliquando huiusmodi passiones animæ excitantur in nobis ex aliquibus obiectis, q̄ a sensu apprehendit nō possunt, sicut verecudia de turpi actu, timor de furto. ergo hmoi nō possunt esse in parte appetituæ sensitiua, & sic relinquunt quod sint in parte appetituæ rationali scilicet in uoluntate.

¶ 14 Præt. Inter alias passiones animæ ponitur spes, sed spes est in parte aīæ intellectuæ, quia sancti patres in limbo existentes spem habebant: motus autem partis sensitiua non remanet in anima separata. ergo passiones sunt in parte animæ intellectuæ.

¶ 15 Præt. Imago est in parte intellectuæ: sed secundū potentias imaginis, anima patitur: quia potentia imaginis, q̄e nunc perficiuntur gratia, in statu gloriæ perficiuntur fructus gloria. ergo passio nō est tantum in parte animæ appetituæ sensitiua.

¶ 16 Præt. Secundum Damascenum passio est motus ex alio in aliud: sed intellectus mouetur de alio in aliud procedendo de principijs in conclusiones. ergo in intellectu est passio, & sic idem quod prius.

¶ 17 Præt. Philo in 3. de Anima dicit, quod intelligere est pati quoddam: sed intelligere est in intellectu. ergo in intellectu est passio.

¶ 18 Præt. Dionysius dicit in Ierotheo. 2. cap. de Diu. nomi. quod paties diuina dicunt diuina: sed pati diuina non poterat ēm partem sensitiua, q̄e non est diuinorum capax. ergo passio nō est tantum in parte sensitiua, & ita non est solum in appetitu sensitiua.

**SED CONTRA** est, quod Damas. dicit in 2. li. Passio est motus appetituæ virtutis in imaginatione boni vel mali, & iterum passio est motus irrationalis animæ, per susceptiones boni vel mali. ergo passio est tantum in parte appetituæ irrationali.

¶ 2 Præt. Passio proprie loquendo est secundū motum alteracionis, vt dictum est: sed alteratio non est nisi in parte animæ sensitiua, ut probatur in 7. Physi. ergo passio non est nisi in parte sensitiua.

**RÉSPON.** Dicendum, quod passio proprie loquendo, nō est nisi in appetituæ sensitiua, ut ex duabus definitionibus passionis a Damas. & Gregorio positis apparat. qd̄ sic patet. Dñ enim passio tripliciter, vt dictum est. Vno modo communiter, secundum quod oē recipere est pati. Et sic passio nō est in qua libet parte animæ, nec tamen solum in appetituæ sensitiua: hoc enim modo accipiendo passio nō dicit Cōmen. in li. de Anima, quod uires animæ vegetabilis oēs sunt actiua, uires autem sensibilis omnes passiones, uires autem rationales partim actiua propter intellectum agētem, & partim passiones propter intellectum possibilem. hic aut modus passionis quamvis conueniat potentius apprehensiva & appetituæ, magis tamen cōpetit appetituæ: quia cum operatio apprehensiva sit in rē apprehensam secundum quod est in apprehēdente, operatio aut appetituæ sit ad rem secundum quod est in seipso, quod recipit in ap-

prehensiva, minus habet de proprietate rei apprehe- fæ, quā id quod recipit in appetituæ de rōne re-

apprehensiva. vnde verum quod perficit intelligentia est in mente: bonū vero, quod perficit appetitum, est in rebus, vt dī in 6. Meta.

Alio modo dicit passio propriæ, quæ consistit in affectione uini contrarij, & alterius receptione perviam trāsmutatio-

nis. Et hic modus passionis animæ conuenienter non p̄t, nisi ex corpore, & hoc dupliciter. Vno modo

ēm quod vniuit corpori, vt forma, & sic cōp̄tatione corpori patienti passione corporali. Alio modo

prout vniuit ei, vt motor, & sic ex operatione aīæ

transmutatio fit in corpore, quæ quidē passio dicitur animalis, vt supra dictum est. passio igitur corporalis prædicta pertinet ad potentias secundum,

quod in essentia animæ radicantur, & sic cum omnes potentias radicentur in essentia animæ, ad oēs pot-

tias pertinet prædicta passio. Alio modo ēm quod ex laſione corporis potentiarum actus impedi-

tur, & sic prædicta passio pertinet ad oēs potentias viuentis organis corporalibus, quarum omnium

actus impediunt laſis organis, sed indebet. Et hoc modo pertinet etiam ad potentias organicas poralibus non viuentis. Intellectuas, inquietu-

cipiunt a potentias organicas viuentibus. Vnde com-

git, quod laſo organo virtutis imaginatiæ in-

clusus operatio impeditur pp hoc, quod indebet indigetphantamatis in sua operatione. Tertio modo

pertinet ad aliquam potentiam, ut appetitio-

mentis ipsam, & sic proprie priuet ad sensuibus. Nam tactus est sensus corum, ex quibus compotit animal, & similiter corum, per quæ animal configitur. Passio vero animalis, cum per eam operatione anima trāsmutetur corpus, in illa potentia eti-

se debet, quæ organo corporali adiungitur, & ius est corpus trāmutare: & ideo hmoi passio nō

est in parte intellectuæ, quia non est alicius organi corporalis actus, nec iterum est in apprehensi-

sensitiua: quia ex apprehensione sensus non figurat motus in corpore, nisi mediate appetitiva, quæ est immediatum mouens. Vnde ēm modum opera-

tionis eius statim disponitur organum corporale, scilicet cor, unde est principium motus, ratiōnē, & affectionē, quæ competit ad exequendum hoc, in ad-

appetitus sensibilis inclinatur. Vnde in ira feruē, in timore quodāmodo frigescit, & constringit. Et sic in appetituæ sensitiua sola animalis passio p̄-

ribe inuenit. Vires enim anima vegetabilis, quae in organo uentur, cōstat qd̄ non sunt passionis actiua. Passio autem magis proprie appetitiva poten-

tia cōpetit, quæ apprehensiva, vt in principio dictum est. Et hæc est vna rōne, quare magis proprie appeti-

ta sensitiua passionis subiectum est quam sensitiua apprehensiva: sicut & ipsa affectua superior magis accedit ad propria rōne passionis, quam intellectuæ.

Tertio vero modo passio dicebat trāsumptu-

ue, ēm quod aliquid qualiterēq; impeditur ab eo, quod est sibi cōueniens. Hoc modo potentia ani-

mæ patiuntur, sicut a propriis actibus impeditur. Quod quidem aliqualiter in omnibus potentias al-

lue, vt dictum est. Nunc autem loquimur de pas-

sione animali proprie dicta, quæ ut ostendimus est, in sola appetituæ sensitiua inuenit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod anima Christi, tota patiebarit passione corporali, & sic ad oēs potentias passio illa pertinebat, ad minus prout in essentia animæ radicantur: nō autem ita quod passio animalis in qualibet potentia animæ eius esset, sicut in proprio subiecto.

Ad II. Dicendum, quod Aug. loquitur contra quosdam Platonicos, qui diccedant omnium istarum passionum principium esse ex carne. Augustus ostendit, quod si caro in nūllo esset corrupta, posset esse harum passionum principium ex anima. Et iō non dicit, quod sine carne huiusmodi passiones perficiantur: sed quod non ex carne tantum anima his passionibus afficitur.

Ad III. Dicendum, quod Aug. vel nomine voluntatis large accipit pro qualibet appetitu, vel timorem, vel gaudium & alia huiusmodi: accipit, p. atibus voluntatis, similibus passionibus in appetitu sentitiis existentibus. Est enim ut in questione de sensualitate dictum est, & in ipsa voluntate quod dammodo gaudium, & tristitia & alia huiusmodi: sed non ita quod sint passiones proprie loquendo. Vel potest dici, quod has passiones Aug. voluntates nominat, in quantum ex actu voluntatis homo in has passiones inducitur secundum quod appetitus inferior sequitur inclinationem appetitus superioris, ut in questione de sensualitate dictum est. Vnde ipse Aug. postea subiungit: sicut alieatur, vel offenditur voluntas hominis; ita in nos, vel illos affectus mutatur & uertitur.

Ad IV. Dicendum, quod sensus nō est uirtus activa, sed passiuia. Non enim dicitur uirtus actiuia, q̄ hēt aliquem habitudinē qui est opatio, sīc n. omnis potentia animæ actiuia esset; sed dī potentia aliqua actiuia quae comparabatur ad suum obiectum, sicut agens ad partē: sensus autem comparatur ad sensibile sicut patiens ad agens, & quod sensibile transmutat sensum: quod autem sensibile aliquā a sensu transmutetur, hoc est per accidens, in quantum ipsum organum sensus habet aliquid corporis. unde infectio illa qua mulier nesciuita speculum inficit, vel quā Baliliscus hominem uidentio interficit, nihil confert ad uisū: sed viuū perficitur per hoc quod species visibilis recipitur in visu, quod est quoddam pati. Vnde sensus potentia passiuia est. Dato etiam quod sensus aliquid ageret actiuia, nō dō ex hoc sequetur, quod in sensu nulla passio esse possit. Nihil. n. phibet respectu diuersorum idē esse actiuia & passiuia. dico iterū quod sensus qui nominat uim apprehensionis, nullus passionis esset capax, non propter hoc excluderetur, quā in appetitu sensibili passio esse posit.

Ad V. Dicendum, quod quamvis actiuum sim plicerit passiuo nobilius respectu ciudē; nihil tamen prohibet aliquod passiuum actiuo nobili⁹ esse, in quantum passiuum nobiliori passione patitur, quam sit actio qua actiuum agit, sicut passio a qua intellectus possibilis dicitur passiuia potentia. Et ēt sensus recipiendo aliquid immaterialiter est nobilioř actione, qua potentia vegetativa agit materialiter, i. medianib⁹ qualitatib⁹ elemētarib⁹.

Ad VI. Dicendum, q̄ illi delectationi, quae est in parte intellectua per coniunctionem intelligibiliſ conuenientis, dī non est aliiquid contrarium: quia oportet quod illi intelligibili conuenienti aliiquid contrarium fore, quod causa contrarii esset: hoc autem esse non potest, eo quod intelligibili ſpeciū nihil est contrarium: species n. contrario-

A rum in anima contraria non sunt, ut 10. Meta. dī. vñ hō delectatur non ſolū de hoc, q̄ intelligit bonā: ſed de hoc q̄ intelligit mala bonum eſt intellectu. Iſiū. n. intelligere mala bonum eſt intellectu. Et ſic delectatio intellectualis contrarium nō habet: dī tamē tristitia vel dolor in parte intellectua aīe eſte communiter loquendo, in quantum intellectus intelligit aliquid homini nocium, cui voluntas repugnat. Quia tamen illud nocium non vñ nocium intellectui, in quantum eſt intelligens, ideo illi tristitia, vel dolor non contrariatur delectatio ni intellectus, quae eſt ſecundum id quod eſt conuenientis intellectui in quantum intelligit.

Ad VII. Dicendum, quod potentia rationalis ſchaberat contraria aliquo modo ſibi proprio, & aliquo modo cō ſibi & omniib⁹ aliis. Quod n. potentia rōnalis ſit ſubiectum contrariorum actiuentum, hoc ſibi & aliis cō eſt, quia omnium cō trariorum idē eſt ſubiectum: ſed quod ſe, hec ad contrarias actiones, iſtud eſt ſibi proprium, naturales enim potētia ſunt determinatae ad unum. Et ſic loquitur philofophus, quod rationales potētia ſunt ſunt ad oppoſita.

Ad VIII. Dicendum, quod absentia gubernatoris non eſt cauſa ſubmersionis nauis, niſi per acceſſus, in quantum f. remouet gubernatoris prouidetiam, per quam nauis ſubmersio prohibebatur. Et ſimiliter intelligibilis remotio, vel absentia non eſt cauſa tristitiae: cōd non delectandi. Effectus enim proportionantur ſecundum proportionem cauſarum, unde intelligere & non intelligere, que contradictorie oppoſantur, ſunt cauſa delectandi & non delectandi, que ſimiliter ſunt contradictria, non autē delectandi & tristandi, que ſunt contraria. Si autem accipiat id, quod eſt contrarium intelligibili ſeritatis error, non potest eſte cauſa tristitiae: quia vel error extimatur eſſe veritas, & ſic error delectat ſicut & ueritas: vel cognolit eſſe error, quod non eſt niſi cognoscendo ueritatem, & ſic iterum error delectationē in intelligēdo facit.

Ad IX. Dicendum, quod tristitia & dolor hoc modo differunt, quod tristitia eſt quedam paſtio animalis incipiens, ſ. in apprehensione nocuēti & terminatur in operatione appetitus, & ulterius in transmutatione corporis: ſed dolor eſt f. in paſſionem corporalem. vnde Aug. dicit 14. de Ciuit. Dei, quod dolor uitatus in corporibus dī. Et iō incipit a leſione corporis, & terminatur in apprehensione sensus tactus, propter quod dolor eſt in sensu tactus, ut in apprehendente, ut dictum eſt.

Ad X. Dicendum, q̄ gaudium & tristitiam ſequi paſſionem dicitur, & a Dam. & a Philofopho, ſed ſub alio intellectu. Dam. n. & Greg. Nifens in corp. art. idem uerbū proponētes loquintur de paſſione corporalē, que apprehenſa cauſat gaudiū vel tristitiae, & ſemper experta cauſat dolore. Philofophus autē in 2. Ethī. loquitur procul dubio de paſſionib⁹ animalib⁹, uolens quod ad omnes paſſiones anime ſequatur gaudiū & tristitiae. Cuius rō eſt quod inter oēs paſſiones concupiſibilis potētia gaudiū, & tristitiae que cauſant ex conſecutione cōuenientis, uel nocui ultimū locum tenet: oēs autē paſſiones iraſibilis ad paſſiones concupiſibilis terminantur, ut in questione de sensualitate dictū eſt. Vñ reſtar quod oēs paſſiones ſunt ad gaudiū, & tristitiam terminentur. Secundum autē neutrū intellectum ſequitur, qđ paſſiones ſunt in appreheſione: quia paſſio corporalis eſt ipsa natura corporis: paſſiones autē animalēs aliae ſunt in eadē par-

In corp. art.

loco citato

in argum.

q. PROG. ARS.

in corp. & a

7. argum.

QVÆST. XXVI. DE PASSIO. ANIMAE ART. III.

**C**o appetitu*a*, in qua gaudium & tristitia: sed tamē quantum ad priores eius actus. Si autem in aliib. appetitu*a* ordo non esset, sequent*e* ex verbis Philosophi, quod passiones animales nō essent in appetitu*a*, ubi est gaudium & tristitia: sed in apprehensiu*a*.

**A**d xi. Dicendū, quod nec sensus, nec vis alia apprehensiu*a* mouet immediate; sed solum mediante appetitu*a*, & ideo ad operationem virtutis sensitu*a* apprehensiu*a*, non immutatur corpus quantum ad dispositiones materiales, nisi supponiat motus appetitu*a*, quem statim sequitur trāsmutatio corporis disponentis se ad obedientium. vnde quamvis tuis apprehensiu*a* sensitu*a* immutatur simul cum organo corporali, non tamen est ibi passio proprie loquendo; quia in operatione sensus non transmutatur organum corporale per se loquendo, nisi spirituali immutatione, secundum quod species sensibili*a* recipiunt in organis sentiendi sine materia, ut dicitur in 2 de Anima.

**C**o. 12.1.3. **A**d xii. Dicendum, quod quamvis in parte intellectu*a* aliquid abiiciatur & aliquid recipiatur, hoc tamen non cōtingit per vi*a* transmutationis, ut cōtinue receptio & abiectio fiat; sed et per sim plicem influxum quantum ad habitus infusos. In instanti*n*. infundit*ur* gratia, per quā subito expellit*ur* culpa. Alteratio autem qua sit de uitio in vir tute, uel de ignorantia ad scientiam attingit ad partem intellectu*a* per accidens, per se existente trāsmutacione in parte sensitu*a*, ut patet in 7 Eth. Ex hoc enim quod fit aliqua trāsmutatio circa par tem sensitiua, subito resultat aliqua perfectio in parte intellectu*a*, ut sic id quod fit in parte intellectu*a*, sit terminus in transmutationis in parte sensitu*a* existens: sicut illuminatio est terminus motus localis, & generatio simpliciter alterationis, & hoc intelligendum est quantum ad habitus acquisitos.

**A**d xiii. dicendum, q*e* ex aliquo apprehenso p intellec*tum* pōt sequi passio in appetitu*a* inferiori dupliciter. Vno mō inquantu*i* id q*d* intelligit universaliter per intellectu*a*, formatur in imaginatiōe particulariter, & sic mouetur inferior appetitus: si cut cum intellectus creditis accipit intelligibili ter futuras p*rae*nas, & earum phantasmata format imaginando ignem urentem, & uermē rodentem & alia huiusmodi, ex quo sequitur passio timoris in appetitu*a*. Alio modo inquantu*i* ex appre hensione intellectus mouetur appetitus super ior, ex quo per quandam redundantiam, uel imperium appetitus interior commouetur.

**A**d xiiii. Dicendum, q*e* spes qui in anima se parata manet, non est passio, sed uel habitus, uel uoluntatis actus, ut ex p*raedictis* patet.

**A**d xv. Dicendum, uel beatificatione, uel perfec tione imaginis nihil aliud haberi potest, quam quod in parte intellectu*a* sit passio, scdm quod omnis receptio passio dicitur.

**A**d xvi. Dicendum, quod passio dicitur eē mo tus ex alio recepto in aliud receptum, non autem ex alio operato in aliud operatum: sic autem in intellectu*a* est motus ex alio in aliud.

**A**d xvii. dicendum, quod intelligere dicitur es se pati communiter loquendo de passione, prout omnis receptio passio est.

**A**d xviii. dicendum, quod passio illa de qua loquitur Dionysius, nihil aliud est quam affectio ad diuinam, qua habet magis rationem passionis quam simplex apprehensio, ut ex p*raedictis* patet. Ex ipsa enim diuinorum affectione prouenit manifesta

**F**tio eorundem, secundum illud Ioan. 14. Si quis dicit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum.

**A**R T I C U L U S IIII.

**P**enes quod contrarietas, & diversitas inter animę passiones attendatur.

**Q**uarto queritur secundum quid attendi con trarietas, & diversitas inter animę passiones. Et uidetur quod non secundum bonum & malum. Audacia, n. timori opponitur, utraque vero passio est respectu mali: quia hoc quod timor fugit, audacia agreditur. ergo contrarietas passionum animae non est secundum bonum & malum.

**T**2 Prat. Spes desperatione opponit, utraque est respectu boni, quod spes consequi expecta de speratio autem de consecutione diffidit. ergo contrarietas passionum animae non est secundum bonum & malum.

**T**3 Prat. Dam. in lib. 2. & Gre. Nissens distinguunt passiones animae per presens & futurum, & p*ro*rum & malum, ut de bono futuro sit presens, & de rurum, de bono presenti uoluptas vel desiderio, de malo futuro timor, de premitititia; sed presens & futurum per accidentem habent ad bonum & malum. ergo differentia voluntum animae per se non attendit secundum bonum & malum.

**T**4 Prat. Aug. 14. Ciuitatis distinguunt intermiti & dolorem, quod tristitia est anima, dolor vero corporum, quod ad rationem boni, & malorum pertinet. ergo idem quod prius.

**T**5 Prat. Exultatio; gaudium, laetitia & delectatio, iucunditas & hilaritas differentiam quantum habet, alias inutiliter duo istorum coniunguntur, parter Ita. 35. Gaudium & laetitiam obtinebant, cum ergo oīa ita respectu boni dicantur, quidem quod bonum & malum passiones animae nō dissimilantur.

**T**6 Prat. Dam. in lib. 2. distinguunt quoniam species tristitiae q*e* sunt, accidia, athos, inuidia, miseria, prater, quas est poenitentia, quae omnia respondeantur malis dicti. utrum ergo idem quod prius.

**T**7 Prat. Ipse distinguunt sex species timorum: timorem, crudescitiam, uerescitiam, admirationem, stuporem, & agoriam, que ad pradictam differentiam non pertinent. ergo idem quod prius.

**T**8 Prat. Dionys. 4.c. de Diuinis nominibus, zelum amori connumerat, quorum utrumque est per respectu boni, & sic idem quod prius.

**S**ED CONTRA est, q*d* actus distinguunt per obiecta, passiones autem animae sunt actus appetitu*a* virtutis, cuius obiectu*m* est bonum, & malum. ergo per bonum & malum distinguuntur.

**T**9 Prat. Secundum Philol. i. 1. Ethi. passiones animae sunt, ad quas sequitur gaudium & tristitia, gaudium & tristitia distinguntur secundum bonum & malum. ergo bonum & malum distinguuntur animae passiones.

**R**ESPON. Dicendum, quod in passionibus animae triplex distinctione innenit. Prima quidē est quae differunt quasi genere, utpote ad diueras potius aīas pertinentes: sicut distinguuntur passiones cupidibilis a passionib*is* irascibilis. Ratio huius distinctionis passionum sumitur ex ipsa rōne distinguendi potentias. Cum n. supra dictum sit in questione de sensualitate, q*d* obiectum cupidibilis est delectabile secundum sensu*m*, irascibilis uero arduum uel arctum; illa passiones ad eō cupidibilem pertinent, in quib*is* importunitudo ad eō estable sensus absolute, uel ad eius contraria*m*.